

nigrescere septa volueris, aliquando factum volas. Nunc
quod in tristi caedendum est. Ingessi me illustri turba
non valde libens: nisi quod vel prudenti et reo volupe
fuit, testatum facere quanti amicitiam magnorum
virorum putem, quod est a te amari. Vale. Scrib. Malby
in Castris III. Id. Sextil: C1010CXLV.

Benedicto Fesselio
Pastori Loonensi

Amplissime ac Doctissime Vir.

(385)

Quam primum literae tuae, quas lausatas libenter vidimus
perlatas ad nos fuere (heri autem tradebantur) mandavi
Princeps expediri quod petieras, et curavi, ecce, ego quam
ocijssime; ut quantum tu mea esset manu, Collegam
Iunium saltem damno tuo vel incommodo non sentires
abuisse, quo et omnis caro. Eodem studio eandem
tibi operam posthaec daturus sum, si qua me rebus tuis
idoneum iudicabis. Confide, Vir jam olim amica, et
me, quasi ex defuncti legato amari. Scribo minus quam
prosperè in castris ad Hulstam IV: Cal: Nov: C1010CXLV.

A. J. addictissimis.

Dum has obsequare paro, afferunt
amannenses, descriptos hodie ex
adversariis meis versiculos, quos vides
in confertâ mole occupationum,
ludenti tamen elapsos. si materia
vel formâ displicent, poterat certè
utrâque, sint toga cordijlii, nec
penula desit olivis.

Iano Vlitio. Amplissime et Doctissime Vir.

(386)

Si qua me rebus tuis necessarium, certe non inutilem
iudicas, significas, quibus hoc officio quotiescumque
praestitum volas. Dabitur opera, ut intelligas quanti
quid me sint praecleara ingenia, quae regia virtutis
via in honore collem evidentias praestare se student
ceteris divinis animatibus. Veniunt ad Principem
Plenipotentiaris Monasterienses. Conveniam plerosque
ut vadum

ut vadum tentem. et explorabo quid gratiae reliquum
 sit, quod in usus tuos converti possit. Dabitur ejus oc-
 casio etiam apud Principes, ex recenti operâ, quam
 Gratius caeterisque venatoribus narrasti, herculâ perquam
 doctam et luculentam. quo nomine etiam gratias has
 festinantes ago, in confertâ mole negotiorum toto caelo
 ab illâ tam gratâ mihi literarum amoenitate distantem.
 Ignosce et me ama. In Castris ad Halitum III. Cal. Nov.
 C19120XIV.

Dum has obsequare paro, enecidit
 confusae cogitationi meae, epigramma
 abortivum, quo ceteris paginam implebo;
 tu cordylis et oliui destinabis.

Gratius ager erat; Vlitij manis, amula Phaebo,
 Restituit longo languida membra situ.
 Quaeris, ut in Flandras, Vlitij, venator arenas
 Appulit, exceptus quâ mihi fronte fuit?
 Nil potuit, Vlitij, sine te, mihi Gratius esse,
 Nil te cuius potuit gratius esse mihi.

Tuldens, scabino
 Antverpiensi.

Amplissimo Domine.

1387

Quam acerbo nuntio me perculeris, cum de summi Viri
 Arunculi tui improvisâ morte certiore fecisti, partim
 hoc silentio meo, nimium caetera diuturno probari cupio.
 Ut enim avocamenta et occupationes infinitas omittam,
 quibus imparem me his officis reddi, noscunt amici om-
 nes, et ignoscunt, verè dico, verba haec non succu-
 risses, quas vel consolando tibi paria judicaverim, vel
 testando dolori meo, vel cladi publicae deploranda! Interea
 mi Tuldens (quod ego amicium nomen uti erga
 ΠΑΧΑΕΙΟΥ cum voluptate usurpavi, in te si pateris
 eodem cum affectu derivabo) ferendum scis, quod jubet
 ille, qui cum nos ferat ipse et imbecillitates nostras,
 certe par est ut pari referamus, nullâ quidem injuriâ
 postulet. Ego verò quod offers quam humanissime
 de exitu magni Viri ex hac facce amplius exponendo
 ambabuy